

*Epist. 99. August ad Euodium,
gratiam liberavit, ut, à tempore resurrectionis Domini, judicium expectetur,
exinanitis inferis? Quid ergo in hac re Sanctitati tuae videatur, cupio
nōsse.*

EPIST. XCIX.

Augustinus Euodio, respondens ad duas quæstiones, qua-
rum altera est de loco obscuro, primæ Petri tertio capi-
te, altera de anima Christi.

*Domino dilectissimo, fratri & coëpiscopo, Euodio, Augustinus in
Domino Salutem.*

436.

*Meminit
Pofid. in
Ind.*

*I. Pet. 3,
18. & seq.*

** Al. & de
istis tan-
nūm duo
bus tam
insigne te-
timoni.
suo loco, in-
tegrafe-
quitur.*

Quæstio, quam mihi proposuisti ex epistola Apostoli Petri, solet nos, ut te latere non arbitror, vehementissimè commovere, quo- modo illa verba accipienda sint, tanquam de inferis dicta. Replico ergo tibi eandem quæstionem, ut, sive ipse potueris, sive aliquem, qui possit, inveneris, auferas de illa atque finias dubitationem meam. Quod si prior potuero; cum id donaverit Dominus, tibi que imparasti valuero; non fraudabo Dilectionem tuam: nunc autem, quæ me ibi moveant, intimabo, ut, secundum hæc, de illis verbis Apostolicis, vel ipse cogites, vel, quem idoneum repereris, consulas.

Cum dixisset Christum mortificatum carne, vivificatum spiritu, continuò subjecit: *in quo, & iis, qui in carcere erant conclusi spiritibus re- niens prædicavit, qui increduli fuerunt aliquando, quando expectabat Dei patientia, in diebus Noë, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam.* Deinde subjunxit, & ait: *quod & vos nunc simili formâ baptismi salvos fecit.* Movet itaque, si apud inferos Dominus, quando mortuus est, in carcere conclusis spiritibus prædi- cavit, quid boni soli meruerint, ut Dominus ad inferna descenderet,

*** qui tunc infideles fuerunt, cum fabricaretur arca?** Etenim post tem- pora Noë, multa millia tot gentium usque ad passionem Christi mor- tua sunt, quæ potuit apud inferos invenire: non utique eorum, qui in Deum crediderant; sicut Prophetæ & Patriarchæ de stirpe Abrahæ; si- cut ipse retro Noë & tota domus ejus, quæ salva facta est per aquam; excepto fortassis uno filio, qui postea reprobatus est; sicut etiam, præterbetur: quæ progeniem Jacob, alii fuerunt credentes in Deum; sicut Job; sicut ci- sensentia, vitas Nineve, & si qui alii sunt, qui vel apparent in Scripturis, vel in ge- nere humano latent; sed eorum, dico, multa millia hominum, qui De- um ignorantes, & dæmonum vel simulacrorum cultui dediti, à tempo- ribus Noë, usque ad passionem Christi, ex hac vita emigrârunt; quos apud inferos Christus inveniens, quomodo illis non prædicavit; sed il- lis